



**G**Eorgius Ludouicus apud Orientales Fran-  
cos ex nobili familia natus anno 1495. Is ab a-  
dolescentia uirtutibus operam dedit, & tandē ma-  
gnam authoritatem apud finitimos sibi compara-  
uit. Nam Cæsaris castra sequendo, & ordines du-  
cendo, rei militaris magnam notitiam acquisiuit,  
& res suæ fidei commendatas magna laude expe-  
diuit. Itaq; factum ut tandem ob plurimas animi et  
corporis uirtutes, atq; ob res fortiter hinc inde ge-  
stas, in Circulo (quod uocant) Franconico ab eius  
loci proceribus capitaneus constitutus fuerit. quā  
etiam functionē ipse magna gloria etiamnū obire  
solet, idq; tāta animi moderatione, ut ab omnibus

plurimum diligat, & in magna nominis existimatione habeatur. id quod mul-  
torum hominum prædicatione, cum 1565 Onoltzbachij essem, abundē  
fatis intellexeram. Anon,